

nâ præsens esse & manducari tribuitur corpori Christi *ratione substantiæ, & non ratione hujus vel illius qualitatis corporis Christi.* Sive igitur passibile, sive impassibile, sive mortale, sive immortale sit; non tamen mutatur substantia rei de quâ hic sermo.

15. *Quoties ad me venisti, toties fuisti homo:*

*Sed decies ad me venisti:*

*E. decies fuisti homo.*

Resp. Aliud est *Quid*, aliud *Quoties* seu *Quantum*. Prücknerus in lib. de Artificio disputandi refert hoc argumentum ad fallaciam, à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, atq; ita resolvit: Major si in ea vox *toties* absolutè & sine exclusione sumatur, vera est unâ cum conclusione: Quod si verò sit sensus *majoris toties* tantum i.e. tot vicibus tantum fuisti homo ut significetur, aliis vicibus te non fuisse hominem, major est falsa. *Vid. Pædotrib. Dan. Weizmanni, Discipuli olim mei hic Dresde ad Votum p. 159.*

16. A-